



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 3. An nunquam remittatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

blasphemia, quam Pharisei tunc usurparunt, de quibus etiam lata est huiusmodi sententia, perspicuum est, eam etiam nunc blasphemare Spiritum sanctum, hoc est detrahere Spiritui sancto, quicunque effectus & fructus Spiritus sancti, aduersario ipsius attribuit: quod peccatum incurrimus plerique nostrum, qui securi periculo temere strenuum saepe numero appellamus ambiciosum, & ei qui iusta indignatione perzelam moueatur & eam rem indicans iracundia calumiam impingimus, & ad eundem modum alia iniquis adducti suspitionibus, ementitis nominibus, de aliquo dicimus.

S. Athanasius pluribus ista verba exponit, & egregie illis Spiritus sancti diuinitatem probat. Refutat igitur Ecclesiam exinde Eunomianos, qui Spiritus sancti deitatem oppugnabant: non tamen idcirco omnes illi in Spiritum sanctum modo illo singulari peccabant, multo eius infirmitate, ignorantiaque de iniquitate. Sed Athanasium audiamus. Tu autem, ait, percontaberis, cur blasphemiam in filium reueretur, in Spiritum reuerentiam non obtineat, neque in hoc seculo, neque in futuro. Idem contra Arium disputat. Vides hic aequalem esse Spiritum Dei, idque etiam in futuro seculo: ut erunt qui in Deum Patrem blasphemant, non purificabitur quo minus obnoxius sit eterna punitioni: ita quoque, qui in Spiritum sanctum blasphemias dicunt, euerit aeterni peccati lapsum huiusmodi extra veniam constituto. Si enim Spiritus ille servilis conditionis esset, nequaquam, qui in eum offenderit aeterno supplicio plecteretur, sicuti is qui in creatam Dei magnificentiam blasphemias dicit. Quem autem hic filium Dei Spiritum appellat, eundem illam quidam ex discipulis Christi de eo tractans, digitum Dei nominat: sacre animo repeti inquisitionem de filio in Exodo habitam, & inuenies aeternam Spiritus sancti potestatem consubstantialitatem esse Patri, eo quod digitus ipsius nuncupetur.

Et hom. de Semente. Vides, ait, quod quem in superioribus nominauerat Spiritum sanctum, in sequentibus appellauit Deum: Insiper & c. no Paulo in secunda ad Thessalon. Epistola querente ad istum modum: Dominus autem dirigat corda vestra in dilectionem Dei, & tolerantiam Christi: In hac Epistola, quatenus Dominum appellat, putat, omnium ne Dominum Deum Patrem: an Spiritum sanctum? Nam Christum expresse recensuit. Si enim primo loco Patrem constituit, Deus est Spiritus, Sin Spiritum primo loco ibi nominatum confiteris, necessum est, ut eum Dominum eoque facias: quod si Dominus est, nimirum Deum quoque habendus fuerit. Scriptum est enim, Ego sum Dominus Deus tuus. Quare & inuenies ubique scriptum, eiusdem effectus Spiritum sanctum, & eum a gloria Patri & Filii ab uno non esse.

Accipitur peccatum in Spiritum sanctum: Agnitio veritatis, ex eiusdem odio, & inuidia impugnatio. repugnante conscientia.

QUESTIO III.

An unquam remittatur?

Theophylactus, & Abulensis aiunt non remitti sine penitentia, sed hoc est omnibus commune. Richardus, nihil de pena temporali remissionem penitentibus. Aug. disertè docet non remitti lib. 21. de ciuit. Dei. c. 24. Si qui autem, inquit, vsq. ad mortem habebunt cor impenitens, nec ex inimicis conuertentur in filios, nunquid iam pro eis, id est, pro talium defunctorum spiritibus orat Ecclesia? Cur ita, nisi quia iam in parte diaboli computantur qui dum essent in corpore, non sunt translati ad Christum? Eadem itaque causa est, cur non oreretur tunc pro hominibus aeterno igne puniendis, quia causa est ut neque nunc, neque tunc oreretur pro Angelis malis: quia itidem causa est, ut quoniam pro hominibus nunc vix oreretur, etiam malis, tamen nec nunc oreretur pro infidelibus, impijs, defunctis. Nam pro defunctis quibusdam, vel ipsius Ecclesiae, vel quorundam piorum exaudiri oratio: sed pro his quorum in Christo regeneratores, ne vsque adeo vicia in corpore male gesta est, ut tali misericordia.

diu iudicentur digni non esse, nec vsque adeo bene, ut talem misericordiam reperiantur necessariam non habere. Sicut etiam facta resurrectione mortuorum non deerunt, quibus post penas, quas patiuntur spiritus mortuorum, impetratur misericordia, ut ignem non mittantur aeternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remitteretur neque in hoc seculo, neque in futuro, nisi essent quibus etsi non in isto tamen remitteretur in futuro. Sed ille quoque intelligit non penitenti, non remitti. cum impenitentiam finalem esse designat peccatum in Spiritum sanctum. Sic clarius, Epistola ad fratres orthodoxos. Quin & hoc obseruandum est, non dixisse Christum blasphemanti & penitentiam agentis remissionem dandam non esse, sed blasphemanti, & in blasphemiam manenti. Quandoquidem nullum est peccatum irremissibile apud Deum, in illis, qui vere, & ex animo, ut par est, penitentiam agunt. Probare id etiam aggreditur eadem Epistola. Plerique eorum, ait, qui in terris agunt, terribilis est sermo Dei, ubi dicit, Omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, sed qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Quapropter admonet Diuus Apostolus, indicans literam occidere, Spiritum viuificare, plerique, siquidem sacram Scripturarum, siuxta litteram septimus, in nefarias collahemur blasphemias, quale est illud elogium Domini superius dictum, quod quidem, si absque secundum verba capiamus, in nefarias precipitabitur sententias, quin & ipsum Dominum sibi ipsi contrarium deprehendemus. Si enim quisquis verbum dixerit contra Filium, id ei remittitur: cur ergo alius dicit: Qui me abnegat coram hominibus, abnegabo & ego eum coram Angelis Dei?

Sententia igitur Athan. Basi. Ambr. est ægerrime ægerrime remitti: est enim talis locutio, qualis illa. Impossibile remitti.

est diuitem intrare in regnum Cælorum, quia exculcationis aut lenitatis nihil habet, alia mortalia ex ignorantia vel imbecillitate sunt, & si ex malitia, hoc tamen genus specialiter gratia & Spiritui S. repugnat.

Marc. 3. 28. Amen dico vobis, & c. Non habet remissionem in æternum, sed reuerit æterni delicti. Luc. 12. 10. Omnis qui dicit verbum in filium hominis, itaque opponitur blasphemiam in filium hominis, & alijs relictis, quia ex scientia & malitia est hoc Phariseorum videntium miracula & subannantium impietas.

Ordinari tales resistunt penitentia, qua sola peccata remittuntur. Ideo non remittitur.

Beda etiam & Vega l. 3. in Trid. c. 9. posse hoc peccatum dimitti, sed nunquam tamen re ipsa dimitti.

Verum Chrysostomus aliiq. existimant Iudæorum quosdam ex hisce blasphemias remissionem accepisse. Ideoque interpretantur plerique non nisi difficilime remitti, aut natura sua non remitti, esse enim tale, quod remissionem merito excludat, et si aliquando Dei bonitate remittatur, ut D. Thom. 2. 2. q. 14. a. 3.

§. 2. Qui sic interpretantur, puniri in hac vita & futura, nihil peculiare tribuunt hinc peccato, quod non plerique conveniat, omnia enim puniuntur subtractione gratia quæ sunt mortalia, angore conscientia, aliisque crebro pœnis. At Christus ait non remitti, in hac vita, quod non est, punietur. Deinde comparatur alijs peccatis, de illis dicitur, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus; sensus est: culpa & pœna remittentur; non autem sensus. Non punietur, nec in hac vita, nec in futura, ergo & in anthetice eundem sensum obseruare oportet.

§. 3. Nonnulli idcirco remitti negant, quod scienter committatur. Non rectè, multa enim scienter delinquentium delicta Deus condonat, ut Davidis, Petri, aliorumque.

§. 4. Caluinus, omnino remitti negat, hoc loco. [Durius, inquit, hoc quibusdam videtur, ideoque ad puerile cauillum confugiant. Irremissibile vocari, quoniam eius venia rara sit & ad impetrandum difficilis. Atqui expressius loquutus est Christus, quam ut

Caluinus
negat omnia
remitti.

ad eò futiliter eludi queant eius verba. Nimis etiam stulte ratio cinatur, crudelem fore Deum, si peccatū nunquam remittit; cuius atrocitas omnes in stuporem rapere debet: nec satis reputat quam immane sit scelus, non modo sacrum Dei nomen data opera profanare, sed in faciem eius conspuere, dū palā relucet.]

§. 5. Calviniani causam cum non condonatur afferunt, quod non possint renouari ad penitentiam, qui hoc genere peccati detinentur. Cur verò penitere nō possint, causam reddunt, quia reprobi sunt. Ita Wolff. Mulculus. [Quia reprobi sunt, ait, & captiui Satanæ, vasa iræ, in interitū parata. Id quod ex eo patet, quod cognitione veritatis illuminati, non sunt immutati, cū electi per illam immutentur. Est enim istud reprobis quasi proprium, vt nesciant amare cognitam veritatē, sed illam contra conscientiam damnent. Neq; enim sui iuris sunt, sed toti aguntur à Satanā. Exemplū Saulis, 1. Sam. 24. 26. Item Cain. Istam in saniam nonnulli in expositione huius loci duob; similibus accommodē ob oculos ponunt: vno in illis, qui odio impotentiore detinentur; altero in accusatore iniquo, recusato innocente, & iudice æquo. Epistol. ad Hebr. c. 6. adiicit similitudinem terræ male dictæ, quæ in eo deprehenditur esse maledicta, quod culta & pluta cælicis, non fructum commodum, sed spinas & tribulos gignit, cum terra benedicta his beneficiis acceptis fructum bonum adferat.]

Non omnia
reproborum
sunt in Spi-
ritum san-
ctum.

Ita ille suorum more. Qua ex interpretatione hoc sequitur, quod omnino contra Scripturam est. Omnia peccata reprobis esse in Spiritum sanctum. Nam nullum vnquam secundum Calvinistas, ne minimum quidem peccatum reprobis remittitur. Nihil ergo singulare Christus minatur peccantibus in Spiritum sanctum. Frustra etiam distinguit peccatum in Filium hominis, & in Spiritum sanctum, si Phariseis vt pote reprobis nullum remittitur. Deinde falsum est, nunquam reprobis peccata remitti: nam Hebr. 6. Illuminantur & gustant, quam suavis sit Dominus, sunt etiā in gratiā vt Saul fuit, mutatus in virum alium. Deniq; Electorum fiduciam, quam ipsi statuunt, hæc ratio eludit. Nam primo ait reprobos illos veritatem in reudū profiteri sed relabi. deinde plerumq; ait, fieri vt reprobi veritatem lucidius aliquando cognoscant, quam electi. Quis igitur certus est potest, se certius cognoscere fore, vt nunquam relabatur, vt semper veritatem tueatur?

Nonne timere potest, ne sit frustranea illius, si cut aliorum fiduciat? Stultum enim cum centesimum quisq; vix verē fiduciari sciat, de se non timere.

§. 6. Calvinus impenitentiam esse negat. Qui impenitentiam, inquit, desinunt, nullo negotio resili possunt: frustra enim & ineptè negaret Christus in hoc sæculo remitti. deinde nomen blasphemie ad quauis peccata promiscuè extendi mequit.

Frustra inquit & ineptè? Quare? quia constat impenitentiam manere vsq; ad mortem, palam ergo est eam non remitti. Hinc orthodoxus pari modo iudice Caluino colligit. Quemadmodum frustra & ineptè diceretur: Impenitentiam in hac vitā non remitti; Quia constat impenitentes in peccato mori, ita multo ineptius diceretur: Peccatum in Spiritum sanctum in futuro sæculo non remitti; si igitur illa locutio inepta est, multo ineptior est illa, quam Christo impingunt, cum aiunt, nullum in futuro remitti.

§. 7. Nouatianus etiam de Trinit. c. 29. Spiritus diuinitatem asserit. In hunc quisquis blasphemauerit, remissionem non habet, non tantum in isto sæculo, verum etiam in futuro. De peccato in Spiritum sanctum D. Thom. q. 14. Blasphemia hæc simul est coniuncta cum Dei odio, & sine remedio penitentiae remanet. Certum itaque esse statuo. Remitti, sed rarissime, & ægettime. Nam alioqui, si quis conficius ef-

set eius criminis cū desperare opoteret, à nullo absolui posset. Nec Christi verba S. Patres elidunt, sed exponunt. Si enim dixisset Dominus. Impossibile est blasphemiam in Spiritum sanctum remitti, quemadmodum dixit: Impossibile est diuitem intrare in regnum cælorum. Non tamen conficeretur; nunquam remitti. vt nec sequitur: Diuitem nunquam ingredi regnum cælorum. Fieri non dicitur, quod rarissime, & difficillime fit.

QVÆSTIO IV.

An culpa in futuro dimittatur?

§. 1. Christus distinguit duo tempora peccatorum remittendorum, hoc sæculum & futurum. Itaq; in futuro sæculo aliqua remittuntur. Sine ratione enim disiunctio additur, si altera pars nulla est, vti dicam. Non nubes in hoc sæculo, neq; in futuro. Sol non conuerteretur in hoc sæculo, neq; in futuro. Ineptum est enim id proferre, quasi membrum alterum, cum scitur non esse. vt si dicam, stellæ non lucent noctu, neq; inter diu. Neq; est exaggeratio. Nam si est, vt Martyr putat; ergo in futuro aliquando remittitur. Nam si exaggeratio est, de eo est quod vix fit, aliquando tamen fieri potest. Neq; tantum est comminatio. Nam si sic commineris. Neq; viuus, neq; mortuus in mensa mea comedes, sine causa loqueris more alieno. Neq; idem est, quod in æternum per partes, quia cum per partes exponitur æternitas, iubet cuique id tribui quod fieri potest, alioquin inepta est locutio. Quod si dicam. Nec in hac vita, nec in futura qui te fruens, recte dicitur. Quia vtroq; tempore, vel alterutro fieri potest, vt fruaris, ac si dicas. Neq; in hoc tempore, neq; in futuro sacerdos confectaberis ineptum fuerit. Perinde si dicas. In die turbulenta, Neq; inter diu neque noctu solem videbis. Quamuis ex Negatione non colligitur affirmatio. Tamen ne delirare dicamus loquentem, sæpe colligenda est.

§. 2. Calvinus, neque in hoc sæculo, neque in extremo iudicio remitti ait, hinc verò nihil pro purgatorio confici conatur ostendere. l. 3. instit. c. 5. §. 7.

Non minus abhorrens à consuetudine recte loquentium est illa distinctio, quam alia, quam supra reieci. Equidem in extremo illo iudicio, nullum peccatum remittitur, quod iam antea non sit condonatum. Deinde extremum iudicium est in altero sæculo. Post mortem enim sequitur. Quicquid verò morte posterius est, ad alterum sæculum pertinet. Certè omnium absurdissimum fuerit, si quadam Phariseorum peccata dicantur in illo extremo die remittenda. Nec Augustinum potius audiamus: l. 21. de Ciui. Dei. c. 13. Platonici, inquit, quidem quamuis impunita nulla velini esse peccata, tamen omnes penas emendationi adhiberi putant, vel manu inflictas legibus, vel diuinis, siue in hac vitā, siue post mortem, si aut paratur hic cuiq;, aut ita plectatur, vt hic non corrigatur. Hinc est Maronū illa sententia, vbi cum dixisset de terrenis corporibus, moribundisq; membris, quod anima

Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec minus suspiciunt, clausa tenebris & carcere cæco.

Secutus adiunxit atq; ait:

Quin & supremo cum lumine vita reliquit.

id est, cum die nouissimo reliquit eas ista vitā,

Non tamen (inquit) omne malum miseris, nec fami-

lus omnes

Corporæ excedunt pestes, penitusq; necesse est.

Multa diu concreta modis inolescere miru.

Ergo exercentur pænis, veterumq; malorum

Supplicia expendunt, alia panduntur in aëre

Suppersa ad ventos, aliis sub gurgite vasto

Infestum eluitur scelus, aut excutitur ignis.

Qui hoc opinatur, nullas penas, nisi purgatorias velant.